

# Societas Catholica Theologica Americana

“Societas professorum et peritorum in scientiis theologicis, cuius socii sunt sacerdotes e diversis dioecesibus, ordinibus, et congregationibus religiosis in America laborantes.” (Ex Societatis Constitutionibus — Articulus I)

Civitate et Archidiocesi  
Neo-Eboracensi  
Die XV Septembris  
A.D. MCMLIV


Beatissime Pater:

Ad pedes Sanctitatis Vestrae provoluti, nos, socii Societatis Catholicae Theologicae Americanae, hoc anno decimo ab inceptu sub faustissimo auspicio Vestro inito, iterum renovare exoptamus obsequium et devotionem nostram erga Sanctitatem Vestram; et humillime petere audemus benedictionem Vestram in incepta nostra pro gloria Dei et promotione studiorum theologicorum.


Pergratim Societati est, cuius objectum primarium versatur circa augmentum scientiae rerum divinarum, recurrere hoc anno anniversario ad Sedem Sanctam, quae est centrum unitatis, et ad Summum Pontificem, qui est Vicarius Christi. Absque Petro, nulla est fides; et sine fide, ruit fundamentum verae scientiae Dei quae est theologia.

In testimonium eorum devotionem erga Sanctam Sedem, socii hujus Societatis humillime petunt ut Sanctitas Vestra benigne accipias haec volumina ligata quae continent acta et documenta eorum congressuum qui locum habebant per praeteritos annos. Praeterea, in eorum votis est ut sacrosancta Missae sacrificia ab omnibus quadringentis octoginta alumnis dictae Societatis offerantur pro Vestra Sanctitate, et preces quotidianaee fundantur, ut Dominus conservet Te, et vivifecet Te, et beatum faciat Te in terra, et non tradat Te et Ecclesiam Tibi commissam in manus inimicorum ejus.

Adhuc ad pedes Sanctitatis Vestrae provoluti, obsequentissime petimus benedictionem Vestram ut Societas nostra floreat in dies et fructum plus afferat in mentes cultorum Dei.

  
Aloisius McDonough, C.S.C.  
Secretarius



  
William R. O'Connor  
Praeses